

Chymia curiosa variis, non solum ex regno vegetabili, sed etiam ex minerali et animali, experimentis adornata.

Publication/Creation

Londini : Impensis Henrici Gellords, et Christiani Wallich, 1687.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/uumznqh4>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



Philosophia
VIGANI Medulla Chimica
L. 1. H. S. P. Chymica
10. 60. 10. Epistola
De Acidis et Alkalibus
sufficientia
De Co.
GOTTFR.
De Panacea.








12290/A *Bassano*
Fingerm. In 34.

Vigani of. Fing.

N. VII

II 1510

17/b



H.M.H.S.P.M.C.

(3)

CHYMIA CVRIOSA

VARIIS,

NON SOLUM

EX REGNO VEGETABILI,

SED ETIAM

EX MINERALI

ET

ANIMALI,

EXPERIMENTIS

ADORNATA.

Seneca Epist. 123.

*Tenenda nobis via est, quam natura prescripsit, nec
illa declinandum. Illam sequentibus omnia facilia,
expedita sunt: contra illam nitentibus non alia vita est,
quam contra aquam remigantibus.*

LONDINI,

Impensis HENRICI GELLORDS,

ET

CHRISTIANI WALLICH,

ANNO M DC LXXXVII.

H.M.H.S.P.M.C.
C H Y M I A
C V R I O S A

V A R I I S
M O D O S
E R E G N O V E G E T A B I L I
E T E R R A E
E X M I N E R A L I
E T
A N I M A L I
E X P E R I M E N T I S
A D O R N A T A

Secunda Editio 1733.
Auctoris nomen est, quod nunc perit, nec
ita fecundum. Illud significat perit
responsum fuit: contra illud responsum non habet
ita contra responsum contrarium.

L O N D I N I
Impensis HENRICI GELLORDS
ET
CHRISTIANI WALSH,
ANNO MDCCLXXXV.



S. L. D.

Vbi definit philo-
sophus naturalis, ibi in-
cipit elegans medicus,
inquit Aristoteles. Ut
enim plantæ radices suas in terra fi-
xas habent per quas alimentum su-
scipiunt, conservantur tamen am-
bientis aeris temperie, & vitali Sy-
derum influxu vegetantur: ita quo-
que ars curandi homines, ex media
philosophia principia & fontes suos
petit, qui deinde particularibus me-
dicinæ præceptis illustrantur & con-
firmantur. Quare *medicina* nihil
aliud est, quam particularis quæ-
dam, & sensibus objecta *philosophia*
Natu-

Naturalis. Physicus enim in universum omnia naturalia corpora atque etiam humanum, scientiæ causa considerat: At *Medicus* experientiae causa, præprimis circa humanum corpus versatur, non tantum sciat illius naturam, sed potius ut e hâc scientiâ modum operationis & actionis deducat. Quemadmodum ergo ad moralem philosophiam jurisprudentia, ad metaphysicam Theologia, ita ad naturalem sacra medicina.

H.M.H.M.C

I. N. J.

CAPUT PRIMUM.
De Laude Chymie
§.

INter ceteras artes, quas
in communem salutem di-
vina humano generi con-
cessere consilia, *chymiam*,
nobilitatis radiis micare,
veritatis splendore scintil-
lare, certisque fundamentis niti, uno ore
instantique testimonio affirmant philo-
phi, omniqve exceptionem majores sum-
monarchæ, virique plurimi integerri-
mi: & quidem illi, diversissima, distan-
tissimaqve incoluerunt loca: diversis et-
iam vixerunt temporibus, ita ut à se invi-
cem illum errorem (sic enim vocant miso-
chymici) discere potuisse non videantur:
unde apparet, consensum illum tam latè
latentem non unius urbis, sed orbis, ad-
dud nihil, quam evidentissimam infallibi-
liqve veritatem continere.

§. 2. Præterea hæc ars, æque ac aliæ Chymia
artes

Caput Primum.

à DEO artes & scientiæ laudatæ à Deo originem deducit suam, quod Hermes maximus ille philosophus testatur, quando in hæc verba erumpit. Artem hanc & scientiam solius Dei vivi inspiratione habui, qui mihi famulo suo pandere dignatus est.

Veri §. 3. Chymistas eos voco, qui ignis corpora heterogenea solvere, homogenea coagulare norunt, philosophiæ naturalis in mediam hominum vitam deducti non unius generis coloni. Quem a modum enim vulcanus tripodas divine suapte sponte mobiles Diis apud Homæum, Jovi item fulmen, Apollini & cupiditati arcum & sagittas fabrefecit, sed & Diis ipsorum pocula miscet, ex ipsius certe Jovis cerebello minervam sapientiæ DEAM quàm elegantissimè elicit, hominibus insuper paradoram illam venustissimam simul & preciosissimam superum jussu confecit: Scoppellæ quoque per omnes humanas actiones viciosa cania ars, quæ ignis beneficio naturalem actionem æmulatur, in quibusdam etiam superat, longè lateque diffunditur. Quæ ut respectu subjecti in lapidariam metallicam, vegetabilem & animale[m] dividitur: quæat: respectu finis, cujus causa suscitatur, & metallariorum, & aurifabrorum & vitrariorum, inprimis verò medicorum non honoraria tantum, sed etiam vicaria

pedis.

pedisse quæ esse videatur, eoque nomine ad alias atque alias mechanicorum opificum classes referri possit atque debeat.

§. 4. At hinc tamen instrumenti ipsius, ignis videlicet, respectu, inter igniarias artes merito collocabitur propter mechanicam ipsam tractationem, quæ alioquin, si theoriam spectes, non modo inter theoricæ, verum etiam Acroamaticas & epopticas referri mereatur, philosophiæ naturalis occultæ magistra simul & discipula, majestatem suam venerando, admirationis arcanorum silentio tueri solita: ut qui hanc, præterquam in iis, quorum evulgatio plus commodi, quam incommodi mortalibus affert, prophanare instituunt, sacrilegii nomine jure postulari queant.

§. 5. Hinc δὲ τῶν χυμῶν chymiam appellarunt plerique, sed recentiores: Suidas & Cedrenus χημείαν in certa notatione. An fortè cum Plutarchus in Osiride, Ægyptum sacra lingua à Sacerdotibus chemiam vocari scribat, verisimile videatur artem istam jam inde ab Hermete Trismegisto Sacerdotibus ægyptiis familiarem, ad perpetuam ortus sui memoriam, chemiæ quasi ægyptiæ nomen traxisse. Quam postea Arabes ab Ægyptiis susceptam excoluerunt, & una cum Philosophia

græcanica sensim europæo orbi communi-
carunt, articulo, lingvæ suæ familiari, au-
ctiorem Alchemiam appellantes.

§. 6. Theophrastus paracelsus
Vir in hoc genere ad miraculum usque
excellens spagiricam artem nuncupavit,
non in epta fortassis derivatione, quando
quidem ἐν τῷ αἰνῶν καὶ ἀγείρειν, in extra-
hendo sive separando, & congregando si-
ve coagulando tota occupatur: Eam
cum alii nimio studio Solam philosophia
appellatione dignandam censeant, adeo-
que superbo titulo sese eximiè philoso-
phos vocari velit: alii e contra inconsulto
sectæ odio arcanis naturæ scrutatoribus
vix inter lixas & cini fiones & carbonario
locum concedant, quid de ea Gul Arago-
sius in omni philosophiæ ac medicina
genere versatissimus, tanquam Plato futu-
rus instar omnium, statuat audiamus.

§. 7. Mechanicus propriè dicitur
opifex eorum operum, quæ manu & inge-
nio simul fiunt. Nam in omni artis me-
chanicæ opere motus principium ab arti-
ficis ingenio desumitur. Manus vero su-
per materiam motum continuans, for-
mam è potentia in actum (ingenio sempe
duce) elicit ac sola per se, instrumento con-
venienti adjuncta, opus ipsum perficit in
quo opere artifex non considerat causas
sec

sed habet usum exercitatum pro notatione
causarum. Atque is absolute mechanicus appellatur.

§. 8. Chymicus verò bifariè consideratur; Est enim una pars Chymie naturalis, altera verò supernaturalis. Ea quæ naturalis est, habet motus principium à natura, & ideo est essentialis in natura. Artificis verò manus, naturalis non est, nec per se, sed per accidens naturam iuvat: materiam ita disponens, ut opus ipsum natura citius, facilius ac perfectius ad finem deducat. Quod quidem opus ultra limites naturæ, quæ est rei perfectio, reduci & extendi non potest. Unde patet, quod hæc pars chymie est naturalis & per se: sed quæ parte iuvatur ab artificis manu, est per accidens mechanica: ex parte verò ingenii ratiocinantis est physica. Ergo non mechanica.

§. 9. Jam quod alteram chymie partem spectat, quæ supernaturalis, habet illam motus principium à Cælo, in materia tamen physica & naturali prædicta, gravida facta virtute cælesti: quam essentiam quintam appellant. Hanc materiam dum artifex physicus rectè & ordine suo ingenio & manu disponit, cælestis hæc virtus eam in suam naturam convertit: Eiqve talem vim præbet, ut reliqua, quæ sunt sui generis

Quinta
Essentia.

neris aut speciei in suam naturam transmutet. Hæc igitur quatenus cœlestis est, ex parte agente, & ex materia in cœlum mutata, est supernaturalis & metaphysica: quæ vero parte physici artificis ingenium operatur per causas notas, est naturalis. Magna autem operatio, quæ à motu supra naturam sumitur divina potius quam humana, artis mechanicæ umbram solum modo ostendit. Ex prædictis patet, in quo genere vulgares chymistæ collocari debeant.

§. 10. Nam dum principia & causas notas non habeant, nec ex certa arte in rebus præparandis usu, sed per medicamentorum suffragia opinionem, ignium & instrumentorum tempus & carbones absumunt, tantum abest, ut chymistæ, physici aut metaphysici dici possint, ut ne mechanici quidem nomine facile mereantur. Qui vero in oleis, & reliquis partibus simplicium extrahendis ingenio & manu ita exercitati sunt, ut ex rerum præparandarum usu artem recte teneant, ii revera sunt mechanici, dum manu & ingenio simul operantur. Dum autem medicam artem exercent, empiricorum nomen habent. Qui vero talia ad causas & principia naturalia reducere conantur, ex ingenio quidem in natura ratiocinante, physici per se, ex manus vero operatione, mechanici per accidens proprie dici debent. Hæc ille

§. II. Ut nonnulla addam; quod il-
 le de patre familias Plautus affirmavit, in
 una esse unum Dominum servum domo,
 id de arte ista pronunciare possum, in una
 esse unam servam chemiam domo. Nam
 præter id quod metallaris, fabris omnis ge-
 neris, fullonibus, coqvis, & medicis po-
 ssimum infervit, sive subiecti, sive finis
 respectu consideretur, catholica quædam
 inferri poterit. Etenim, quo ad subje-
 ctum, circa elementa occupatur: Ignem
 vegetando, aquam eliciendo, lapides con-
 ferendo, uniones, gemmas ad naturæ imita-
 tionem effigendo: metalla depurando,
 segregando perficiendo: stirpes produ-
 cendo, transformando, animalia generan-
 do, fecundando medendo. Quoad finem
 vero, si quidem rem affectam spectes, sic vi-
 num, salern, saponem, succum pingvem,
 glutinosum, liquidum gelidum, ignem, a-
 erem producit: sin usum sic *ἰατρικὴν* est
ἰατρικὴν, cum vel alimentum vel
 medicamentum, quo subtilius eo effica-
 cius, tam animatis quam inanimatis
 corporibus, suggerere & accom-
 modare studeat.

CAPUT SECUNDUM.
*De secretioribus Medicamentorum
 preparationibus & usu.*

§. I.

Quicquid sagax & inimitabilis natura, ad mortalium calamitates propulsandas, sanitatemque in suo robore stabiliendam excogitavit unquam idè triplici penu eruendum optime censuit: *Vegetabili* nimirum *Animali* & *Minerali*, nec ipsisatis fuit, tantam plantarum copiam adinvenisse, quæ nostris superandis morbis sufficerent, ni animalia simul & mineralia in usum advocarentur.

§. 2. Unde haud exigua suspicio num morbi pariter è triplici illo penu depromerentur? Vegetabilium atque animalium quotidiano usu humana corpora manifeste alterari, nemo est qui ambigat quandoquidem hæc duo in nostri alimentum cedant. mineralibus non ideo aperte sed occulto quodam modo vescimur verum cæteris eduliis naturæ industria cum his admixtis, uti vini exemplo liquido constat, quod in suo tartaro naturam quandam metallicam è terræ visceribus haustam continet.

CAPUT

§. 3. Mit

§. 3. Mitto aquam, quâ quotidie utimur, varia salium & mineralium generum in se coercere. Quia de re horum trium naturam, vires & facultates jam dudum contemplati, præcipuas, & quas potissimum in medicina facienda usurpamus, feligere, atque commodo publico tradere cupientes, præfatum naturæ ordinem sequi, optimum duxi.

CAPUT TERTIUM.

De medicamentorum præstantia, subjecto, & officio chymicè preparatorum.

§. 1.

EA medicina pars, quæ medicamentorum præparationem docet, olim unicam, nunc verò duplicem agnoscimus; antiquam (pharmaciam) & recentem licet antiquissimam, quæ (Spagyrica & Chymica dicitur. Si ad hanc legitimi ejus usus cognitio accedat, verè physica dicetur, omnium scientiarum nobilissima, utilissima & præstantissima, cuius finis & intentio ad sanitatem perpetuò dirigitur, sibi quæ pro subjecto vindicatem omnem ad humani generis commolum primitus comparatam. Hujus partis

tis tanta est dignitas, & præstantia, ut nil sit, quod tam derepente medicum exornet, nobiliter, & clarum, famosumque reddat.

§. 2. Hæc firmissima naturæ claustra referat, corpora in sua elementa, & elementa in sua principia resolvit. Quæ claruerunt olim, apud Indos *gymnophistæ*, apud Persas *Magi*, apud Gallos *Druidæ*, vocabantur. Ei quandoquidem virtutum omnium terrestrium, cœlestium, animalium, vegetabilium, & mineralium clavis concedatur. In ea non modo rerum essentia perpenduntur, verum & in lucem conspectumque hominum adducuntur, purum ab impuro segregatur, cortex à nucleo, contrarium à contrario, multa denique miranda præstat, & multo maiora, quam quæ humanus intellectus extogitare possit.

CAPUT QUARTUM.

De Regno Vegetabili.

§. I.

VEGETABILIA ex quibus prima morbis accommodata remedia educimus, multiplicia sunt, i. e. nim exotica, & è distantissimis maris tractibus allata: vel nostratia, sub cœlo, soloque nostro nata. Inter hæc sunt, herbae fruti

frutices, subfrutices, arbores & similia, quæ
 integra eorum partes sumimus, l. radices,
 cortices, ligna, folia, flores, fructus, semina,
 gummi, refinæ. & alia; his aliquando cum
 aliis mixtis: nunc in formam decoctionis,
 culepi, syrupi, pulveris, confectionis electu-
 rii, opiata, pillularum & similium, nunc
 in formam aquæ, olei, salis, extracti, clysmi
 magisterii, &c. chymicè paratorum. Et
 quia enchiridion est, pauca selectiora, qui-
 bus in curandis morbis utimur, describe-
 re volo.

De Oleo Cinnamomi.

§. 2. Oleum cynamomi legitime præ-
 parantur, inter efficacissima confortantia,
 pagyrica referri potest. Et licet ejus præpa-
 randi modus cuivis in chymicis exercita-
 tio sit obuius, hic tamen obiter monendum,
 romata destillanda in pulverem non esse
 edigenda, ut quidam præpostere facere so-
 lent, sed tantum in frustra confrigenda, modi-
 cumque contundenda, alioquin dimidio mi-
 nus tibi olei suppeditabunt, ut periculo fa-
 to aliquoties nonnulli sunt experti. Hac via
 major olei copia haberi potest, quam vul-
 garibus destillationibus.

§. 3. Confractum selectissimum cy-
 amomum in retortâ vitream inmittas, & in
 alneo vaporoso destilles, tunc exit aqua &
 oleum simul: illam aquam recenti ligno af-
 funde

funde & perge in destillatione, quam si continuaveris aliquoties dicto modo, habebis magnam copiam aquæ & olei, fœces in fundo omnino aridas subnigras & insipidas.

Virēs &
Ufus,

§. 4. Omnia principalia membra corporis confortat, in primis ventriculum frigidum, cor & cerebrum, anhelitusque fœtorem abigit, ejusmodi svavitatem inducit. In universum balsamo naturali (sicuti etiam oleum Caryophyllorum) respondet, intus putrefactionem arcet. Extrinsecus omnia recentia vulnera seu ulcera consolidat. Tollit tussim frigidam & capitis dolorem. Provocat menses partum promovet. In deliquiis animi est singulare medicamentum, sicuti etiam croci essentia, per aquam vitis extracta, summa est medicina, ubi aliquis quasi ad desperationem è nimia tristitia venit. Dosis 2 l. 3. guttæ è vino, aqua melissæ, l. alia specifica. Hæc viâ fere ex omnibus aromatis olea elicere poteris longe efficaciora & subtiliori quam vulgari vi præparata: è caryophyllis scilicet, nuce muscata &c. Hæc olea si usum medicum adhibere volueris, fiat hoc alvo aperta, & gravidis ultra guttas duas l. tres non afferenda: usus olei cynamomi convenientior hyeme, quam æstate, vid. plura in dissertatione

Dosis,

Obs.

tionem medica Johannis Theodorici Schenckii de cynamomo. p. 31. 32. 33. & seq. Tinctura quoque paratur ex cynamomo quam vide in Chymia medico physica Jacobi LE MORT. p. mihi 183. & seq.

*De speciali Salium Vegetabilium
preparatione.*

§. 5. In unius cujusque plantæ sale conficiendo si herba virens sit, & succulenta, prius aquam ab ea abstrahere, eamque superius servare, siccatam herbam in olla terrea itreata combure ad justam incinerationem, cineribus in vase vitreo urinali, aut simili affunde aquæ supra dictæ quantum vatuor digitos superemineat, bulliant arum, & colentur, relictis cineribus novam aquam reaffunde, quæ iterum bulliat, coletur, tum istæ aquæ five lixivium unumque filtra, & per alembicum omnem humiditatem abstrahere, in fine parum humiditatis relinque, ne volatiles Spiritus evanescant, quod facile per incuriam contingere solet, propterea melius erit in fine s instuffa collocare l. calido aëri exponere, quæ subtiliorem partem perdere obniam & festinatam exsiccationem, sal utrior evadat cum extracta aqua dissolvitur, filtro percoletur & denique exsicce-
tur.

§. 6. De

§. 6.

De quinta Essentia Menthae.

R. Menthae siccae q. v.
 confcindatur in minutas partes, dein adde aquae communis tepidae quantitatem S. Sacchari octavam partem respectu menthae.

Fermenti cerevisiae cochleare unum alterum, ut fermentationem suscipiant. Fermentatione cessante post duas l. tres circiter septimanas, destilletur liquor, f. prodest Spiritus una cum oleo. Spiritum hunc ab oleo separatim rectifica ad summam usque puritatem, dein in cineres reducere magnam satis quantitatem stipitum menthae, ut inde sal elixivari possit secundum artem.

R. Salis hujus partes duas
 Olei partem unam
 Spiritus subtilissimi part. 5.

Digerantur simul in M. B. per quatuordecim dies vel ulterius, donec omnia fuerint unita sint, liquor hic postmodum usque reservetur. Egregium est confortativum ventriculi, vermes necat, flatus discutit, sanguinis conglutinationem impedit. Dosis à gutta 1. ad guttas 10. 11. 12. Eodem modo ex melissa lavendula, majorana omnibus

mnibusque aliis herbis aromaticis Q. E.
fieri queunt.

De Magisterio Herbarum.

§. 7. Accipe herbas easque tufas
vino ardenti, permisce, atque per men-
sem putrefieri finito, postmodum per
balneum maris destilla, destillatum ite-
rum reaffunde, sicque tamdiu proceden-
dum quousque tota quantitas ardentis vi-
ni quater succis herbarum minor sit. Hoc
psum destilla per pelicanum noviscum
additamentis uno mense, tandem separa-
o, quo peracto magisterium habebis ma-
teriam, vel herbarum quam accepisti. Majus in
extractionibus istis latet artificium, quam
licitur aut intelligitur, quamvis integer
processus hic demonstratur.

CAPUT QUINTUM.

De Mineralibus ac Metallis.

§. 1.

QUM Prepotens rerum Conditor to-
tam hujus universi machinam cœ-
lum & terram creavit, hominemq;
IMAGINEM suam animâ rationali &
humano corpore illius ergastulo condeco-
vit, eodem etiam tempore terram variis
immanis beneficiis ad vitæ humanæ su-
stentat

stentationem necessariis accumulavit: fyl-
vas multiplici animantium genere & sexu
mare & flumina reliqua piscibus, Aërem
volatilibus, campos herbis, fruticibus. ar-
boribus & innumeris ornavit floribus, ac
montium unà metallis ac mineralibus di-
tavit, ut cœleste animal Homo, in quem
quasi omnia sunt congesta, quæ *Numini*
Divini Majestas in res cæteras aliud alii tri-
buens dispertiit, Dominus illorum fit:
quibus partim ad corporis tutelam, partim
ad medicinam in casu necessitatis uti pos-
sit. Ex quibus naturæ consulti, & ex his
medici, tria formarunt regna, vegetabile
minerale & animale.

§ 2. Mineralia ac metalla longi
parafangis superant medendo vegetabilia
& animalia. Sunt enim metalla ac mine-
ralia specula quædam lucentia, quæ vim
habent penetrandi & illuminandi Arche-
um à suis erroribus, furoribus & defecti-
bus, quod illum restituant in nitorem tin-
cturâ totalis perfectionis. Et quanquam
hujusmodi mineralia non sint cibalia, ve-
de forte corporis humani, internam tam-
men vim speculi habent & maximè effica-
cem potestatem Archeo humano integro
& sedato contiguam, qualis erat Archeus
ante conceptam mentem, quæ postmodum
à recto sui tramite alienata est. Has infi-
gne.

dotes à Deo Ter. Opt. Max. obtinent, ut
plenissimè ac pertinaciter digestivæ resistent,
ne in alimentorum deflectant rempublicam
Ati *Acutissimus Helmontius* loquitur, & ita ser-
vent geniales sui potestates liberas & infra-
ctas.

De infusionibus metallorum.

§. 3. Infusio, qui & maceratio dici-
tur, ut perfacilis ac trita, ita paucis innotescit.
Fit verò infusio in aliquo liquore, nam non nisi sicca, dura, aut similia, quæ
liquore humore indigent, ad transmittendam
ejus facultatem infunduntur, & hæc vel integra,
vel trita, aut minutim concisa, vasa ad id opportuna,
non sunt à vasis decoctionum dissimilia. Tempus, quod
id est varium est, quod passim in decoctis, extractis,
distillationibus, & aliis operationibus observare licet.

§. 4. *Saturnus* calcinatus in aceto infusus
iustificationi cito succurrit, oculorum phthalmiæ
medetur. *Jupiter* sive stannum calcinatum & in
vino infusum, mira præstat affectibus uterinis.
Martis seu ferri calcinati infusio in vino, mulieris
obstructiones referat, menses movet, & lienis tumores
dissolvit. *Solis* sive auri infusiones mirabilia
præstant in palpitatione cordis, syncope animi
deliquio &c. *Veneris* calcinatæ & infusæ, infusio:
in renum affectibus mirabiles

B edit

edit effectus, & extrinsecè oculorum vitiis omnibus succurrit. *Luna seu argenti calcinati infusio*, in aqua communi facta oculis pariter succurrit, multa & alia præstat de quibus in syſthemate (Deo dante) chymiaë curiosæ plura.

De croci Martis Essentia.

§. 5. Recipe scoriam ferri coeruleam (Noribergæ ubi laminæ chalibæ fiunt optima haberi potest) vitrescentem, rejectam in illis locis, ut & in aliis præprimis in furnicia, ubi minera ferri funditur: tere in pulverem subtilissimum, pone in vitro, affunde acetum vini destillatum acerrimum, stet in calore mediocri per 14. Dies & tingetur colore rubro, filtra & abstrahere in balneo, remanet materia rubra, à quâ tertio vel quater aqua pluvialis abstrahitur, ut super acetum evanescat: potest etiam prius in stigillo, in arena calida parum calcinari movendo, ut acetum acrimoniam amittat, & postea cum aqua edulcorari, si debite tractetur, sponte sese in cella postea pars in oleum supra marmor resolvit. Hæc croci essentia in medendo longè efficacior est quam vulgaris crocus martis reverberatione per se factus, immittendo baculum ferreum vel chalybium in fornacem vitrariam vel irrorando, laminas chalybeas aceto, postea

postea easdem in reverberatorio ad rubedinem saltem ne nigrescat reverberando.

Vires ejus.

§. 7. Conducit insistentibus mensibus, & fluxionibus intempestivis, prodest quoque albae profluviei muliercularum, gonorrhæe, Hæmorrhoidibus, dysenteriae & diarrhæe, urinæ incontinentiæ; Hemorrhagiæ internæ & externæ: si ejus à scrupulo, ad drachmam semis cum succo cydoniorum condensato, seu conservæ rosarum drachmis tribus assumatur aut vulneri sanguinem undenti aliquid inspergatur. In omnibus morborum & lienis obstructionibus deploratis: sed fumentes prius medicinis attentiantibus alvum subducentibus purgatos esse oportet. Lienosis datur ex aqua Asplenii, Adianti, Tamarisci. In hepatis affectionibus, aqua cychorii, agrimoniae exhibetur, tunc sputum sanguinis. In morbis dissolutis, hydrope & aliis ubi consolidatione opus est ventriculum corroborat, & nauseam tollit, in conserva rosarum, l. vino generoso. Dos â gran 8. 10. 12. ad 15. in vino rubro. aqua plantaginis. Bursæ pastoris, tormentalis in conserva Symphyti.

DE ANTIMONIO NARCOTICO.

§. 8. Recipe antimonii lb. i. salis per purgati tantundem, calcina igne circulari,

lari, in vase liquationis seu tigillo alto, ignem paulatim agendo per horas tres aut quatuor. Deinde calcina iterum cum sale nitro, ac per aliquot horas da ignem fortissimum, ut tigillus candeat. Antimonium exime, contunde, solve in aquam, si de sale adsit aliquid, per philtrum abjiciatur, & abluatur. Remanentia exsicceatur, & reverbera per aliquot horas, evadet lenissimus & albus pulvis. Dosis a gr. 3. usque ad 9. in febribus tertianis & quartanis. De Antimonio vide plura apud Johannem Glauberum in tractatu quem teutonicè vocamus Chymischer Wegweiser.

*Essentia sive TINCTURA Stim-
meos.*

§. 9. Crudum antimonium in subtilissimum Alcohol translatum obliquo liquatorio injice, primo in obturatum in supremo reverberationis gradu stet in reverberio evaporandum, deinde sigilletur, & lento igne reverberetur; cavendum tamen ne fluat: Evaporato venenoso sulphure & humiditate sua discussa cum in cinericeo pulverem abierit, tunc mediis ignis gradus admovendus octo aut decem diebus continuis. Demum supremè agitetur in ignibus tam diu quousque Antimonium purpurei pulveris formam obtineat. Hujus recipe reverberati Antimonii ʒij. aqua vitæ circulatæ ut sex digitos excedat. Digeratur

o, i
aut
fale
orif
ium
e fale
ab
erbe
is
ne ad
De
Gla
mus
8.
btili
cori
even
oran
erbe
oran
Scu
cm
at d
e ag
tim
ine
ag
ge
p
tur in circulatorio bene obturato per dies XII.
in balneo tandem destillando separetur, tunc
color in aquam vitæ commigrabit, quæ vera
est essentia Antimonii. Pulvis emortuus in
fundo subsidet : dosis ʒi. quando plus mi-
nusve.

VIREs hujus Essentia.

ʒ. 10. Usus est guttarum III. cum vi-
no quantum satis, febrisque quartanæ & o-
mnium febrium genus iis curatur. *Hydro-*
em fugat, exhibendo manè 2. vel 3. ad
minimum quatuor guttas cum vino albo.
lovet sedes ternis vel quaternis vicibus, pe-
trando interius universum corpus: O-
nia membra duarum l. sesqui horæ spatio
ssa & omnino languida reddit, sed vel sta-
tim recuperatis viribus confortat iterum.
terius tumore ex improvise discusso & re-
luto per sudorem vel urinam liberat. per
aphorismum tumorem hydropicum discu-
it. In provocandis menstruis mirabile est,
& in ictero, colicaque. Pueris duorum,
um, vel quatuor annorum feliciter adhi-
tur. Item in quartana & tertiana febre
licissimè utitur. In morbo gallico est sin-
ulare. Scrophulæ, integram faciem occu-
ntes hac tinctura auferuntur.

ARCANUM QVINTÆ ES-
SENTIÆ.

ʒ. 11. Sulphuris ʒss. sumito, Spiritus
B3 vini

vini ℥xx. circulato ad solem per mensem, postea per alembicum agito. Huic mixturæ ita compositæ rursus addito sulphuris ℥ss. optimè clausa macerato, & deinceps, ut antè, per alembicum pellito; ℥ij. ad summum gradum volatilis evehi possunt. In his autem floribus existit mumia terræ, & balsamum ejusmodi, quod nec vivum corpus ullum nec mortuum in putrilaginem commigrare finit, sed id adeo tuetur integrum, ut neque cælestis ulla impressio, neque ab elementis profecta corruptio, vel ab ipso ortu jam inducta, ei nocere possit. Atque hac de causa cæteras *nonnullorum* tincturas superat Balsamum sulphuris. Dosis ejus gutt. 5. è vino veteri albo. At si excellentius efficere velis, florum alborum sulphuris sumito gr. i. Stymmeos ℥j olei aurarii ℥ss. spiritus vini ℥v. macerato per mensem & congelato in massam duriusculam, cujus dosis est 35.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS.

§. 12. Recipe mercurii benè purificati libram semis, cui affundatur lib. Olei Sulphuris per campanam facti & rectificati Compositum per duos dies in arena digeratur, postea per retortam vitream tuto munitam paulatim destilla, liquorem egressum iterum affunde, & hoc tertio reitera. Quarta vi-

ta vice potest adhuc semel aliquid derecen-
ti sulphuris oleo affundi, & circa finem au-
cto igne, inrer destillandum ita abstrahi,
ut retorta candescat, sic in ipsa destillatio-
ne præcipitatur *Mercurius* in massam albam:
postea fracta retorta exime illam, ac supra
marmor tere, & aqua calida pluviali destil-
lata salsedinem diligenter ablue in vitro o-
ris ampli: agitetur probè, & per horas qua-
tuor semper aquâ prius subsideat, antequam
effundatur: edulcorationem toties reitera-
bis, quousque nullam Salsedinem in affu-
sâ aquâ amplius deprehendes, & mercuri-
um remanentem videas versum in pulve-
rem flavissimum, quem postea prius exsic-
catum, phialæ oblongo collo bombyce clau-
dendæ impones, & in ignem arenæ vehe-
mentissimum per octo dies digerendum,
collocabis, si fortè adhuc aliquid de mercu-
rio non satis præcipitato immixtum esset,
illud sponte sublimabit se in vitri collum,
quod postea ferreo circulo candente franges,
& superiorem partem in quâ crudus Mer-
curius affixus hæret, cautè & leniter aufe-
res, massam verò in fundo restantem exi-
nas, & ter spiritum vini desuper incendas
& postea ad suos usus reponas: tunc secu-
sè datur intra corpus. *Observationes* (1.) si
num veri præcipitati est, si cum auro for-
iter teratur, nec aurum inde dealbetur, si-
uti ex contractu Mercurii fieri consuevit.

(2.) Non est necesse ut sit omnino fixus, ea enim ratione, amitteret vim suam purgandi. (3.) Nullus est præcipitatus qui non possit reduci, si fixus planè esset, non posset in corpus humanum operari, ratione cruditatis suas operationes perficit.

VIREES.

Mercurius est naturæ Balsamus, in quo est virtus in carnativa, quæ mirabiliter renovat & clarificat ab omnibus impuritatibus corpus microcosmicum, lue venera infectum: ubi enim tota massa sanguinea in universo venarum ambitu corrupta est, & referta multorum morborum Seminariis, tunc hæc metallica, vi ignis attenuata, eam penetrandi vim acquirunt, ut habitum totius corporis permeent. (a) Remedium est contra infirmitates causatas ex humorum putredine, & in morbis deploratis vix experimur aliquid utilius. (β) Educit omnes vitiosos humores, & cerebri defluxiones. (γ) purificat sanguinem in venis, & medullam in ossibus (δ) In hydrope est remedium appropriatum, habet enim vim expellendi (ε) In podagra exhibetur cum pilulis ruffi & oleo mellis (ζ) Catholicon est in expurganda lue venerea, hujus enim *horrende luis* solus *ῥιζο-τρομος* dici meretur radicitus enim tollit omnia ulcera venerea. (η) In *ſclero* nil præstantius.

DO.

DOSIS & USUS.

A Gran. 3. 4. 5. ad 6. in corporibus præfertim robustis. Offeritur cum pilulis appropriatis. In doloribus capitis cum pilulis cochliis. In doloribus brachiorum cum pil. de Hermodactyl. vel miscetur extractis purgantibus. In succo liquiritiæ melius operatur quam in theriaca, offertur etiam in conserva rosarum, aut in Saccharo rosaceo, vel deglutiatur in pane hostiario, superbibendo tantillum vini.

VITRIOLUM ALBUM VOMITIVUM.

§. Vitriolum album solve in aqua pluviali, & evapora, donec quasi crusta appareat, postea per quatuor dies in loco frigido ponas, & tunc concrecent crytalli quos eximes, & aquam iterum evaporabis ut antea. Hic labor penitus tertio reiteretur coagulando: Ultimo ter eodem modo procedatur cum aqua rosarum. Crytalli tandem supra calorem levem siccentur, & spontè redigantur in pulverem album. Hoc lene est vomitivum & cerebrum benignè expurgat.

USUS & DOSIS.

In febribus, Lumbricis, omnis generis infirmitatibus ventriculi, defluxionibus salis hic drachma una in cerevisiæ haustu exhibetur. In doloribus dorsi drachma semis in vino cali-

calido. Vulnerum recentium curam promovet: Operatur hoc medicamentum variè, per vomitum, sedes, interdum etiam sudores & somnum facit.

CAP. VI.
DE
REGNO ANIMALI.

§.

Regnum Animale est pars chymix quæ medicamenta ex animalibus desumpta recenset. Animalia puta, tam viva, quam interempta; de utrisque commonere hic expedit, eligenda esse, quæ extra dispositionem morbosam, & hinc detrimentosam constituta sunt. Itaque si ex vivis expetis, provideas, sana ea sint: si ex interemptis, interempta adhibeas illa morte violentâ extrinsecus accedente. Etenim expetitur medicinalis cujusque rei substantia, eaque ad medicationem apta, adeoque facultatibus morbosis destituta, salubribus tincturis delibata. Hæc imprimis pars rei spirituosa est, in naturali scilicet dispositione constituta, facultatibusque peregrinis orba.

§. 2. Nimirum hæc, ut morte naturali paulatim senescens consumitur, curriculoque suo destinato perfuncta, in principia sua resolvitur: ita eadem ipsa, si flamma vitalis
vio-

violenter extinguatur, superstes aliquamdiu
monet, nec à corpore separetur, donec hujus
dissolutione & ipsa dissolvatur. Et quidem ta-
lis ferè illa superstes suppetit, qualis erat, dum
flamma illa extinguebatur, id est salubribus,
in salubribusve tincturis imbuta. Hinc ita-
que non rarò miræ cadaverum facultates elu-
cent, veluti præ reliquis est vis illa formatrix,
non modo è cineribus vegetabilium suscitabi-
lis, sed & in animalium quorundam cineribus
demonstrabilis. vid. Vigenar. Gallum, in
tractu gallico de igne & sale p. 262.

De Aquis Animalium in genere.


§. 3. Animalium ut stygium aquas
præparare usuique medico reponere moris
est. Itaque aquas animalium, l. integrorum,
l. eorum partium, variis modis, variisque in-
strumentis elicimus. Quasdam putrefactione
substantiarum segregatione, hæterogenea-
rum videlicet, quibus constat, præmissa, quas-
dam nulla, sed eas ab integris separamus.
Nonnullas balneo vaporosa, atque calore
aquæ tepidæ. Quasdam igne cinerum, are-
næ, igneque ipso aperto. Quædam sine alte-
rius mixtione, seu ex solis animalibus, aut
eorum partibus, quædam vero cum mixtione
alterius, vel alicujus additione aquæ commo-
dius educuntur, & vires & facultates augen-
tur & nobilitantur.


De

*De Aqua Cancrorum fluviatilium:
Vermium Terrestrium.*

§. 3. Aquæ cancrorum fluviatilium, per balneum mariæ vel etiam calore cinerum excipiuntur integri sumuntur, iique bene loti urinali vitreo induntur, cum pileo rostrato, sine additione alterius liquoris, ejusmodi aqua, usus est mirabilis in inflammationibus sedandis, urinam pellit, rabidorum canum morfibz succurit, vulneribus pectoris continuo sumpta mirifice opitulatur, sitim extinguit, & renum calculum comminuit. Aqua vermium terrestrium eodem plane modo fit, ipsis prius vino albo probè à terrestri materia lotis, & repurgatis, hæc aqua phthysicis auxiliatur, sanguinem sistit, menses provocat, obstructions referat, vermes puorum enecat, intrinsecis vulneribus confert & alia præstat.

FINIS.





M. V. Lm

